

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Commentarii in primvm, secvndvm, tertivm, et quintum  
Ethicorum Philippi Melanchthonis**

**Melanchthon, Philipp  
Aristoteles**

**Argentinae, 1535**

**VD16 A 3417**

Discrimen activum et habitum insticiae atq; iniusticie

**urn:nbn:de:bsz:31-106587**

COMMENTARIA

ac naturale. Lex ignorari potest, ius primum ignorari non potest. Sed si sciens iniuste iudicat, non seruat equa litate, sed plus captat gratię, aut plus vindicta expetit. Ut igitur si quis se socium ad iniuriam inferendam alteri addiderit: & si fundum non captat, tamen pecuniam captat: ita iniuste iudicans uelut socium se ad inferendā iniuriam addit: & quanquam non captat fundum, tamen plus auferre gratia studet, aut odij fructum.

DISCRIMEN ACTVM ET

habitum iusticiae atq; iniusticie.

Præterea homines arbitrantur in sua potestate esse iniuste agere. Ideo que existimant iusticiā rē facilē esse. Verum id longe secus est. Nam uirare uxorem uicini, & uerberare proximum, & argentum manudare familia sunt, & in potestate nostra. Sed hæc facere assuefactos atq; habiles, nec facile est, nec in potestate nostra.

Ita.

## IN ETHICA ARIST.

Ita & nosse iusta ac iniusta non existimant sapientiam. Quia facile sic intelligere ea quæ præcipiunt leges. Verum hæc non statim iuste fiunt, nisi secundum accidens. Sed tunc iuste fiunt, quū certo modo decernuntur

Difficilius autem hoc est quam ea nosse, quæ ad tuendam ualeitudinem conducunt. Quanquam & ibi facile est nosse mel, uinum, helleborum, quid sit urinæ, quid secari. Verum quomodo hæc ad sanitatem conferant, & cui & quando, tanta difficultas est, quā difficile est medicū præstantem effici. Propterea autem putant & iustos nō minus posse iniuste agere. Quoniam iustus non minus, sed magis etiā hæc potest perpetrare, uitiare uxorem alterius, uerberare alterum, & fortis potest abiçere clypeum, & uerso tergo fugam dare. At timidum ac iniustum esse, nō idem est, quod illa perpetrare, nisi secundum accidens, sed hæc perpetrare assuefactos atq; habiles.

C O M M E N T A R I A

Sicut curare & mederi non sunt incideret, aut non incidere, aut remediadare, & non dare, sed sic dare.

Hæc in speciem absurdam uidentur his qui nondiscernunt inter agentes, qui agunt tanquam habiles et assuefacti, & alios qui agunt non uelut assuefacti, sed uel casu uel certe non semper simili studio. Puer non dicitur iustus, et si alicubi reddit depositum ac iustum quiddam agit. Non dum enim habilis atq; assuefactus est ad iusticiam. Nero non est clemens et si plurima uidetur humanissime facere: non est enim confirmata clementia, sed casu aut simulatione quadam aui ambitione ducitur ad humanitatis exēpla. Ajax non est timidus etiam si aliquando perturbatus fugit. Nam animus habet robur quo se tamen erigere solet, & uincere perturbationem. Idq; robur ita confirmatum est, ut non facile debilitetur ac frangatur: in his exemplis lucet discrimen actionum, que a habitu oriuntur, & que sine habitu sunt. Idq; discrimen in dijudicandis hominum moribus, et factis obseruari debet.

Circa qualia bona uersentur iusti, et quales sint qui iusti euadunt, uidelicet qui proficere possunt in rebus recte expetendis.

Iusta uero cadunt in hos, qui res exceptunt

ARIA  
non sunt in  
, aut reme  
sic dare.  
entur his qui non  
st tanguam habet  
non uetus est  
er simili studio. Ite  
reddat deponit a  
enim habet et q  
ro non est elemen  
ccere: non est enim  
t simulacrum quatu  
anitatis regia. Atte  
ndo per verbis p  
ose tamenter se  
n. Ideo rationabile  
vilitate a fingeat:  
en alium, ne ob  
habitum sit. Ite  
num moribus, et p  
er iusti, et quod in  
i proficie possit  
hos, qui resu  
ptus

IN ETHICA ARIST.

petunt simpliciter bonas, quia in illis  
expetendis aut excellere, aut deficere  
possunt. Quidam autem ita fruuntur  
bonis, ut non nimium expetant, ut for  
tasse dicitur: quidam prorsus sunt mali,  
immedicabiles & inutiles. Alij uero  
sunt eiusmodi ut aliquousque profici-  
ant id humanum est.

DISCRIMEN SVMM

Iuris & iustitiae.

Deinceps dicendum est de aequitate,  
& aequo & bono, quomodo se  
habeant equitas ad iusticiam, & aequum  
ac bonum ad iustum. Non enim simpli  
citer idem significant, necque tamen ge  
nere diuersa sunt. Interdu enim lau  
damus equitatem, et uirum equum & bo  
num, & translatione quadam pro bo  
no aequum dicimus, & melius quidam  
esse praedicauimus aequum quam  
iustum. Econtra absurdum uide lau  
dare aequitatem si aduersatur iusticia,  
si quis expendat haec subtili ratione.  
Aut enim iustitia non est laudanda, aut

Aequum  
quid.